PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 160r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



et preceptorem vnicum etatis nre ceteris amicis meis post ha
buerim sed ut eam potissimum vigiliarum mearum partem
tibi ascriberem quam tua auctoritate prudencia religione esset
dignissima Nam cum multa apostolone prioribus in libris sancte
pieque dictata et animadversa sint hoc tamen in libro ut arbi
tror ita eminet illius sapiencia vt non ceteros modo philosophos
sed se ipsum visus sit superasse Quippe qui animorum immor
talitatem non solum probat racione atque argumentis sed pa
radisi delicias et inferni supplicia denique resurrectionem
nostram religiosissime ac fidelissime describit quid de
verborum sanctimonia et grauitate referam in quibus euan
gelica dogmata non nullis in locis a deo expressa sunt ut
nichil diuinius aut sanctius ab ullo poterit afferri omnino
itaque admiror ciceronem nostrum cum huiusmodi celestem policiam
sex libris esset emulatus hanc potissimum diuinitatis partem in
scipionis sui somnum transtulisse non quod par dignitas rei
ficte ac vere prohibenda sit sed quod nullam sine spe im
mortalitatis iusticie religionis que tutelam fore arbitrabatur
Gracias itaque amplicissimas aga Clocestrensi nostro
principi omnium optimo et dignissimo qui nos potissimum sua
cura ad hanc operam extiuit Deinde tue separatim hu
manitati ac virtuti cuius cumulatissimis laudibus
et si indigne putaremur omnia tamen post hunda censuimus
quo ad opere ac testimonio videremur esse dignissimi

Platonis athenisis philosophi illustrissimi celestis policie
liber decimus et vltimus incipit feliciter In quo Socrates
disputat contra poetas pictores et omnes imitatiuos
probans ipsos longe a veritate discedere subinde disse
rens de premiis iustis et iniustis propositis in hac vita et malia
et de immortalitate animarum de quibus hiis que post mortem boni
et mali patiuntur narracione heri pamphili demonstrat
quo quidem libro nichil potest esse diuinius Capitulum i